Gaspar Pons archidiaconus ecclesie Maioricensis sacre Theologie doctor sancteq[ue] sedis apostolice Prothono
tarius ac in regno Anglie sanctissimi domini nostri pape Orator & ad hec commissarius generalis Tibi
Auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa ut confessorem idone
um secularem vel cuiusuis ordinis regularem eligere possis qui confessione tua diligenter audita ab omnibus et
singulis tuis peccatis criminibus excessibus & delictis etiam si talia forent propter que sedes apostolica esset quouismodo
merito consulenda (offense ecclesiastice libertatis criminum heresis & conspirationis aut rebellionis in personam vel sta
tum Romani Pontificis seu sedem predictam falsitatis litterarum apostolicarum supplicationum & commissionum Inuasio
nis depredationis occupationis aut deuastationis terrarum & maris Romane ecclesie mediate vel immediate sub-
iectorum offense personalis in episcopum vel alium prelatum prohibitionis deuolutionis causarum ad romanam
Curiam/delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium casibus dumtaxat exceptis (Preter
sacri Jubilei indulgentias quas vsq[ue] ad festum Penthecostes totiens quotiens tibi visum fuerit consequi poteris.
Semel adhuc in Vita & in Mortis articulo / in non reseruatis vero quotienscunq[ue] oportunum fuerit auctoritate
apostolica absoluere possit et valeat/necnon vota quecunq[ue] Hierosolomitanum/Liminum apostolorum Petri & Pau
li & sancti Jacobi in compostella castitatisq[ue] & religionis votis dumtaxat exceptis in alia pietatis opera commuta
re possit tibiq[ue] vt id vel alius confessor quem duxeris eligendum omnium tuorum peccatorum de quibus corde con
tritus & ore confessus fueris etiam semel in vita & in mortis articulo plenam remissionem concedere & impartiri va
leat Prouiso tamen quod idem confessor de his de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam prefatis personis
si superuixerint vel aliis si forte tunc transierint faciendam iniungat quam persone prefate vel alii facere teneantur
de apostolice potestatis vberiore gratia tenore presentium plenam & liberam facultatem damus & elargimur. In cu
ius rei fidem & testimonium presentes litteras fieri ac armis. S.D.N. & sigillo nostro. quibus ad hec vtimur communiri fecimus.
Datum Londoñ in domo nostre solite residentie. Anno a natiuitate domini M.D.ii. Prima die Aprilis. Pontifi
catus vero. S.D.N. Alexandri Pape sexti. Anno Decimo

